

1794 Ostiae rep. a. 1825. Nunc pars extat Romae in repositis musei Lateranensis.

D M
VLPIA · FRON^mME · FECT
VLPIAE · AMMI^aE · MATRI
VLPIAE · AFRO^{is}IAE · SOR
5 ORI · ET · PETILIO · FRVCTO
MARITO · ET · LIBERTIS
LIBERTABVS · POSTERISQVE
EORVM
IN · FRO · P · XVIII · IN · AGR · P · XX

Descripserunt Kiessling ex v. 4—5, Henzen ex v. 5—9 ea quae dantur litteris rectis. Paene integram exhibent Melchiorri ms. et Amati ms.

1795 in parte aversa eiusdem tabulae in qua est n. 577.

D M
VLPIAE · HELPI
D I A E

Descripsit Bormann, vidi ipse.

Reliqui auctores qui n. 577 exhibent, de hac tacent.

1796 in episcopio Portuensi.

D M
VLPIA · IANVARIA
FECIT · SIBI · ET ·
T · AELIO · AVG · LIB · ONESIMO
5 CONIVGI · OPTIMO
LIBERTIS · LIBERTABVSQ
SVIS · ET · EIVSDEM ONESIMI
POSTERISQVE · EORVM

Descripsit de Rossi. Poletti apud Amatum ms. 9744 f. 2'.

1797 Ostiae VISCONTI. Anno 1877 Romae vidi inter Ostiensia musei Kircheriani, in museo Ostiensi nuper non repperi.

D M
VLPIAE · THALLV^{sae et}
VLPIAE · VICTOR^{inae}
FILIE E · I · VS
5 PROBIANVS · CONIUGI
B · M

Descripsi. C. L. Visconti ms. descripsit mense Mart. 1863.

1798 Ostiae in museo.

IRIA · M · P
VMBRIN
PTFE

Descripsi.

1799 Ostiae rep. a. 1827. Nunc Romae in suburbano Paccae.

D · M · T · VMBRIVS FAVSTVS · ET
MODIA HEGEMONIS · APHRODISIAE
FILIAE PIENTISSIMAE FECERVNT
QVAE VIXIT ANNIS · VII · MENS · VII · ET SIBI
5 ET · SVIS POSTERISQ · EORVM
LOCO SIBI DATO · A · P · FABIO CALLISTRATO
LONG · P IIII · LAT P · I · S

Recognovi descriptam a C. L. Viscontio. Amati ms. 9757 f. 118.

3 in. — 6 in. quae perierunt, dedi ex Amatio litteris inclinatis. — 6 ex testamento eiusdem P. Fabi Callistrati scriptus est titulus n. 985.

1800 prodiit anno 1865 ex eodem sepulcro ex quo n. 469. 624. Nunc in museo Ostiensi.

D m
VOCCONIAES · VENERIA^{es}
ANN · XVIII · M · VI · D
VOCCONIVS · ANDRICVS
5 VOCCONIA · CHRYSANTHE
PARENTES · FECERVNT · ET

Descripsi. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1866 p. 294; acta ms. Lapis infra utrum fractus sit an integer, dubitavi in re praesenti.

1801 sarcophagus. Ostiae rep. a. 1863/4. Nunc Romae in museo Lateranensi.

C · VOLTIDI AEMILIANI
C FIL VOLTIDIA AGATHE
MERIS ALVMNA PATRO
NO · B · M · FE · CIT

Recognovi. P. H. Visconti inscr. Ost. VI n. 215; C. L. Visconti ms.; Benndorf et Schoene in catalogo musei Lateranensis p. 393 n. 572.

1802 Ostiae in episcopio.

D · M ·
C · VOLTIDI
VS · DEXTER
FECIT · SIBI
5 SE · VIVO

Descripsi.

1803 Romae inter Ostiensia musei Kircheriani vidi anno 1877; nunc paulum imminuta Ostiae in museo.

RNA · C · VOLTIDIVS · C · L · FAVSTIVS

Descripsi.

1804 Ostiae rep. a. 1828 AMAT. de fragmento maiore; id nunc est Romae in suburbano Paccae. Fragmentum minus (v. 5—14 fin.) est Ostiae in episcopio.

c . VOLTIDIVS
sic CHIAE · L · SATVRIO
FECIT · SIBI · ET · MVCIAE
SOTERIDI · CONIVGI · ET
5 MVCIAE · O · LIB · VITALI · ET
VOLTIDIAE · C · ET · O · LIB · AVGE
LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQVE · EORVM
HOC · MONVMEN · COMMVN · EST · CVM · C · VOLTIDIO · TERTIO
IN FRO · P · X IN AGRO · P · XXV

C · VOLTIDIVS tertius
SIBI · ET C · VOLTIDIO
PATRONO · SVO · FECIT
VOLTIDIA · C · L · PRIMIGENIA
C · VOLTIDIO · C · L · PRIMIGENIO
C · VOLTIDIO · C · L · FELICI · TALPAE
C · VOLTIDIO C · L · EPAPHRODITO ET
C · VOLTIDIO ANTHO
LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERISQ · EORVM
HOC · MONVMEN · COMMVN · EST · CVM · C · VOLTIDIO · SATVRIO ET 10
IN · FRONT P · X · V · IN · AGR · P · XXV

Fragmentum maius recognovi descriptum a C. L. Viscontio, minus descripsi ipse. Illud exhibet etiam Amati ms. 9761 f. 13.

I, 4 in. II, 4. 3—6 litteras quas inclinatis dedi nunc deperditas, servavit Amati. — II, 10 fin. excepi SATVRIO, adnotans, id quod est post o pro interpunctione accipiendum esse; sed in hac re videor erravisse.

1805 Ostiae rep. anno 1789 VISCONTI. Nunc Romae in museo Vaticano (Gall. lap. parent. I).

IN !!! MEMORIAM
C · VVLTIDI THARSI · P
VVLTIDIAE · HEDONES · M
ATINIAE MARCELLINAE
5 NEP · L · ATINIVS ATINIANVS
ET · VVLTIDIA MARCELLA
FILIAE CARISSIMAE ET REVE
RENTISSIMAE FECER

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. I f. 59 et apud Marinium ms. Vat.

2 p(atris), 3 m(atris); 7 filia videtur esse eadem Atinia Marcellina quae v. 5 appellatur neptis, scilicet Tharsi et Hedones.